



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

De asino, qui monasterio nuncupato Mardes inseruiebat. Capvt CLVIII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

*De asino, qui monasterio nuncupato Mardes inscri-
uebat.*

CAPVT CLVIII.

MONS est circa mare mortuum, qui Mar-
des vocatur, excelsus valde. In eo monte
Anachoretæ commorantur. Est autem
illis & hortus ad radicem montis, sexto ferme
lapide ab eis distans, circa maris labium. Proinde
habent Anachoretæ & illic ministrum. Quacunq;
ergo hora volunt ad hortum pro oleribus mit-
tere, sternunt asinum, & dicunt ei: Vade¹ in hor-
tum ad ministrum, & affer nobis olera. Qui mox
ad hortulanum solus vadit, stansque ante ianuâ
capite pulsat. Statim igitur egressus hortulanus
ipsum oleribus onerat, onustumque dimittit. Vi-
dereque est asinum quotidie solû ascendentē &
descendentem, & ministrantem senibus tantum,
alij verò nulli obsequentem.

¹ *Ecce quomodo sancti viri etiam irrationabilibus cre-
aturis in virtute Dei imperant, & illæ obediunt.*

*Vita Abbatis Sophronij solitarij, & admoni-
tiones Menæ ducis cœnobij Seue-
riani.*

CAPVT CLIX.

Dicebat Abbas Menas dux cœnobij Abbatis
Seueriani de Abbate Sophronio solitario,
quòd circa mare mortuum moratus sit
nudus per annos fermè septuaginta, herbas in ci-
bum sumens. Et hoc rursus de illo dicebat, audif-
se se narrantē senem, & dicentē: Oraui Dominum
ne dæmones spelicæ meæ propinquarent. Aspici-
ebā verò demones venientes stantesq; à longe trib.
ferè stadijs neq; vltius appropinquare valentes.
Idem